



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

# **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Cavssa Helvetica Orthodoxae Fidei**

**Murner, Thomas**

**Lucernae, 1528**

**VD16 M 7034**

Conclvsio XIII.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-29525**

## M V R N E R I.

bona temporalia propter Christum dereliquerimus, & reli-  
gioni quam ueram aestimabamus incum-  
bentes, nihil cor in  
seculo didecimus, quib⁹ hic in mundo arte & labore uiuitur,  
& nunc absq; ulla nostr⁹ demerito a nobis per vim auferunt  
domum & curiam, ciuitatem & patriam, priuant omni ali-  
mento debito, in perpetuam mendicitatem compellunt, in  
exilia religant interim h̄j fures & prædones nostris bonis,  
splendide epulantur cum diuine epulone aliquando in infer-  
num sepeliendi. Eſſi igitur aliquādo nimia rei grauitate pres-  
ſi, & tanti sceleris conscientia grauati, aliquid nostrorum bo-  
norum præstant, tantundem est ut cum h̄s nobis bonis daſis  
pediculos excutere ualeamus, reliquum ipſi in magna super-  
bia consumunt. Si deus iustus est non ſinet aliquādo tantam  
inūriam inultam iri.

## C O N C L U S I O XIII.

Famosus est qui mutato consilio in alterius iniuriam uno te-  
ſtenon legittimo, uel certe pluribus nulla iuris habita ratio-  
ne alienis bonis fraudem fecerit, quia lege iulia peculatus pœ-  
nale plectii uibetur.

Quinti nebulones euangelici furtui dico euagelij dicunt  
ſenatorato consilio, fundationes diuini cultus in aliud longe  
meliorē uſum comutare, quum tamē luce clarius ſit, ne-  
minemque conſilium ſuum mutare in alterius detrimentū,  
ſed de re iur. Nemo, & non eſt nouum.

Taceo id eos facere in unius testis ore ſicut Zwinglij, huc  
uerum censent contra totius orbis Christiani testimonia, &  
contra dei uerbum ita ſonans. Non ſtabit testis unus contra  
aliquem, quicquid illud peccati & facinoris fuerit, ſed in ore  
duorum aut tr̄iū ſtabit omne uerbum, Deute, xix.  
Et si dixerint ſe plures tribus habere testes, ego centum milie  
uni ipsorum ſt̄ium opponam quoquot habuerint.

Conclusio